




VIXIT

Homodum P. P. ac Caim. S. Norbertus Aeger ex Sup. Duxstr. oppido Keszlach oriundus. Hic Ao 1779
 Castui nostro Benedictino per 8. professionem inferius non absq. omnia a candidi ordinis Protoparoch
 S. Norberto nomen sortitus est; genuinus utpote illius Matris Filius, quia sicut candens lilium inter
 spinas emicat. Sacerdotij dignitate Ao 1781 insignitus paulo post in oppido Wejn cooperatorem agere
 jubetur, cui muneri per octo ferme annos tam exacte satisfecit, ut dignus inveniretur, cui in Parochia
 nostra Neustift pastoralis cura demandaretur. Hic mirum est, quo zelo Marianum cultum promovere
 studuerit. Perreusta ibi hujus almae virginis icon in Majori quondam Altari Parochiarum venerationi
 exposita, successu vero temporis in renovatione Altaris praefati inde amota vel muro Ecclesiae affixa erat,
 quod indigne ferens Marianus Zelotes Benedictam hanc effigiem in minori quadam ara reponi curavit, qui
 devotionis assiduo adeo divae virgini placuit, ut plurimis eam in hac effigie venerantibus, singulares
 gratias, et miranda a Deo obtinere caperet beneficia. Sacello dein ejus honori dicato illata ad hunc usq.
 diem a numerosis peregrinantium gregibus voti causa eo confluentibus salus infirmorum salubatur, et
 sentitur, ubi anathemata loquuntur. Verissime proin de Mariophilis nostro votis asserere licet, Locum ignon de
 ferum invenit, celebrem nobis reliquisse. Plura ejus enconia carta angustia narrare prohibet. Quarta virum
 vita mors mediante inflammatione interna obdormiens sacramentis proprim interdictis et viis quibusdam eripuit
 in Parochia 38 In Religione 50 in mundo 74. annis, Vixit in sacerdotio 48

Et mortuus est.

Rotulares breviter expeditus,
 Quia defunctus noster fors alibi
 Jam ingemiscit:
 Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.
 Multum incola fuit
 Anima mea
 Ingemiscentem unice recommendamus
 Ad Officium Defunctorum.

Ad-

Admittite
Colendissimi DD. Confœderati,
Ut

Suggeramus vobis aliquid
Defuncti nomine, Pauli verbis:
*Obsecro ergò Vos Fratres, per Dominum nostrum
JESUM Christum, & per Charitatem S. Spiritus,
ut adjuvetis me in Orationibus vestris pro
me ad Deum. Rom. 15.*

Valete

Dabamus è Monasterio Gar-
stensi Ord. Sancti Benedicti,
ipsissimâ mortis *die 13 Augusti.*
1739.

Colendissimis DD. Confœderatis



Sanctus Abbas
Additissimi



*P. Maurus Prior
et Conventus? m.*